

Zwei unedierte Papsturkunden aus dem 12. Jahrhundert.

Von Dr. Bruno Katterbach O.F.M.

Bei einer Untersuchung über die Bullae pontificiae majores (Privilegien) aus dem 12-14. Jahrhundert fanden wir mit Hilfe von Mons. Cenci im Vatikanischen Archiv zwei Papsturkunden, die wir hier veröffentlichen.*

I. Alexander III. nimmt unter dem Prior Vivianus die Kirche S. Giorgio in Braida in seinen Schutz, wo die Kanoniker nach der Regel des heiligen Augustin leben; bestätigt alle Besitzungen und insbesondere die Mühle von Placiola, die der Bischof Ognibene von Verona gegen einen jährlichen Zins von 12 Veronenser Denaren dem Kloster übergab (1).

Sens 1164, 7. September.

Original: Rom, Arch. Vat. ACNV, S. Georgius in Braida.

ALEXANDER EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI DILECTIS FILIIS VIJIANO PRIORI ECCLESIE SANCTI GEORGII IN BRAIDA EIUSQUE FRATRIBUS TAM PRESENTIBUS QUAM FUTURIS CANONICE SUBSTITUENDIS (2). IN PERPETUUM. / Pie postulatio uoluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata / uires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefa/tam ecclesiam, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis / scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possesiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum uel / principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque / successoribus et illibata permaneant. Medietatem molendini de Placeola, quam venerabilis frater noster O. (3) veronensis episcopus / uobis sub

* Diese Mitteilung war schon gedruckt, als wir bemerkten, daß Kehr diese Bulle, die lange Jahre unauffindbar war, zum Teil schon ediert hatte in Göttinger Nachrichten 1905, p. 341, n. 14.

(1) Es ist jenes Privileg, das Rosa in seinem Verzeichnisse von 1574 „Repertorium scripturarum magis pertinentium ad monasterium S. Georgii in Braida Verone collectum per me dominum Danielem Rosa Venetiarum“, fol. 3, angibt. Siehe Kehr in Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse 1900, 124.

(2) canonice substituendis auf Rasur.

(3) Ognibene, Bischof von 1157-85. Biancolini, G., Serie cronologica dei vescovi e governatori di Verona. 1760, S. 7.

annua pensione duodecim denariorum ex consilio prudentum uirorum concessit, uobis et ecclesie uestre auctoritate / apostolica confirmamus. Decernimus ergo (4) ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius / possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur / eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salua sedis apostolice / auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertio comonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diui/no iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri / Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultiōni subiaceat. Cunctis autem eidem / loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actio/nis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis irueriant. Amen. Amen. Amen.

R o t a. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. B e n e v a l e t e.

† Ego Hubaldus hostiensis episcopus ss.

† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tituli sancte crucis in ierusalem ss.

† Ego Henricus presb. card. tituli sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Johannes presbiter card. tituli sancte Anastasie ss.

† Ego Albertus presb. card. tituli sancti Laurentii in Lucina ss.

† Ego Jacintus diac. card. sancte Marie cosmydyn ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti nicholai in carcere tulliano ss.

† Ego Boso diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

† Ego Cinthyus diac. card. sancti Adriani ss.

† Ego Petrus diac. card. sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.

† Ego Manfredus diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

Datum Senonis per manum Hermanni sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii VII Idus septembbris Indictione XIII, incarnationis domine anno M^oC^oLX^b IIII (5) pontificatus uero domni Alexandri pape III anno V.

(4) Decernimus ergo auf Rasur.

(5) Auf Rasur. Noch nachträglich wurde aus der Zahl III eine IIII gemacht, wie aus dem verlängerten dritten Striche ersichtlich ist.

II. Gregorius VIII. nimmt das Hospital im Borgo von S. Giorgio in Braida, das unter der Leitung der Procuratrice Virdilia steht, in den apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen, die im einzelnen angeführt werden (6).

Ferrara 1187, 8. November.

Original: Arch. Vat. ACNV, S. Georgius in Braida.

2389

GREGORIUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI DILECTIS IN CHRISTO FILIABUS UIRDILIE PROCURATRICI HOSPITALIS DE BURGO SANCTI GEORGII IN BRAIDA EIUSQUE SORORIBUS TAM PRESENTIBUS QUAM FUTURIS REGULARITER SUBSTITUENDIS. IN PERPETUUM. / Pie postulatio uoluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata uires indubitanter assumat. Eapropter dilecte in christo filie uestris / iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum hospitale de Burgo sancti Georgii in Braida, in quo diuino estis obsequio mancipate (7), predecessoris nostri domini URBANI pape uestigiis inherentes, sub beati / Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessions, quecumque bona idem hospitale in presentiarum iuste et canonice possidet / aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis et his que post uos / successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis, locum ipsum in quo memoratum hospitale situm est cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis, tenutam que fuit olim Alderi medici, tenutam que fuit Tebaldini de Aicardo, tenutam que fuit Redaldini, alodium quod fuit Primesere, quod habuit in Bardulino, de quo / redundunt hospitali due bacide olei, petiam unam terre cum oliuariis que est in Bardulino in loco qui dicitur Alocasta. Exemptionem quoque et renuntiationem omnis iuris loci / et personarum, quod habuit in loco ipso Augustinus presbiter et alii fratres sancti Martini de Auisa, sicut sine prautate facta est et ab utraque parte recepta et a vene/rabili fratre nostro Riprando (8) veronensi episcopo confirmata, salvo annuo censu ipsi ecclesie, qui in instrumento exinde facto plenius continetur, auctoritate apostolica duximus / roborandam. Liceat autem uobis personas liberas et absolutas ad conuersionem

(6) Pflugk-Harttung, Iter italicum. Stuttgart 1883, 812. J-L 16042.

(7) n auf Raser.

(8) Bischof von Verona seit Ende 1185; starb am 23. Juni 1188. Bianconi, a. a. O. S. 7.

recipere et eas sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne / ulli fratrum uel sororum uestrarum post factam in eodem loco professionem licitum sit ab eodem nisi artioris religionis obtenu discedere, discedentem uero absque com/munium litterarum cautione nullus audeat retinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum hospitale temere perturbare aut eius possessiones / auferre uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uestigationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa / sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. wie oben, außer „nisi reatum suum“ und „honorisque sui careat dignitate“.

R o t a. Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. B e n e v a l e t e.

- † Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
- † Ego Paulus prenestinus episcopus ss.
- † Ego Theobaldus hostiensis et velletrensis episcopus ss.
- † Ego Petrus presb. card. tituli sancte susanne ss.
- † Ego Laborans presb. card. s. Marie transtiberim tituli calixti ss.
- † Ego Melior presb. card. sanctorum Johannis et Pauli tituli Pamachii ss.
- † Ego Adelardus tituli sancti Marcelli presb. card. ss.

- † Ego Jacintus sancte Marie in Cosmydyn diac. card. ss.
- † Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diac. card. ss.
- † Ego Octauianus sanctorum sergii et bachi diac. card. ss.
- † Ego Petrus sancti nicholai in carcere tulliano diac. card. ss.
- † Ego Radulphus sancti Georgii ad velum aurem diac. card. ss.

Datum ferrarie per manum Moysi lateranensis canonici uicem agentis cancellarii VI Idus Nouembbris inductione sexta, incarnationis dominice anno M^oC^oLXXXVII^o pontificatus uero domni GREGORII pape VIII anno primo.
